FRIDERICI DECKHERRI
JCti ET IN UNIVERSITATE ARG. QVONDAM ANTECESSORIS CL.

TRACTATUS DE POSSESSIONE CREDITORIS IN PIGNORE

CONTINENS

ANALYSIN

l. Res pignoris. 37. D. de Acq. vel Amitt. Poſs.

Inquâ

Univerſa fere Poſſeſſionis Materia dilucide & nervoſe explicatur

Opus poſthumum, nunc primum abſolutum, & Indice locupletatum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

ARGENTORATI,
Typis JOH. FRIDER. SPOOR, Bibliop.
Anno M DC LXX.

SUPREMIS
IN
SAC. ROM. IMP.
AUGUSTA ET LIBERA REPUBL.
ARGENTORATENSI
APPELLATIONUM
JUDICIBUS
VIRIS GENEROSISSIMIS MAXIME
STRENUIS MAGNIFICIS NOBILISSIMIS AMPLISSIMIS
ET PRUDENTISSIMIS
COLLEGII
TREDECIMVIRALIS
ASSESSORIBUS
PIIS BENIGNIS FELICIBUS
PATRIAE PATRIBUS
EMINENTISSIMIS
DOMINIS AC PATRONIS SUIS
GRATIOSISSIMIS
HOCCE
QUICQUID EST INGENII
IN
QUALEM QUALEM SUI
COMMENDATIONEM
D. D. D.
Devotiſſimus
FRIDERICUS DECKHERR.

Schema viri cernis, ſolers quod linea pinxit
His umbris lateat, conjice, quale jubar!
Ingenij ſummæ dotes; vis juris, et æqui:
Scribere quæ graphium, vel mea penna nequit
Qui pauci caperent verſui vel pagina nuda;
Cui vix ſat fuerint biblia magna, virum.

Quod Deus bene vertat!

I.

CUm materiæ, de qua in præſentiarum pauca proferre conſtituimus, amplitudo, longiorem præfationem prohibeat, ſine circuitu ad legis propoſitæ analyſin & tractationem accedimus, cujus verba, in editione Dionyſii Gothofredi, qui ut plurimum lectionem Florentinam ſequitur, hæc ſunt.

37. MARCIANUS. || *Libro ſingulari ad formulam hypothecariam.* ||

Res pignoris nomine data, & poſſeſſione tradita, deinde à creditore conducta, convenit, ut is, qui hypothecam dediſſet, pro colono in agro, ædibus autem pro inquilino ſit, per eos creditor poſſidere videtur.

.2 Secundum lectionem Haloandrinam, verba legis ita ſe habent.

XXXVII. MARCELLUS.

Re pignoris nomine data, & poſſeſſione tradita, deinde à creditore conducta: convenit, ut is, qui hypothecam dedit, pro colono in

 agro,